

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
PII
DIVINA PROVIDENTIA
P A P A E I X.
LITTERAE APOSTOLICAE

QVIBVS

CONCEDITVR OMNIBVS CHRISTIFIDELIBVS INDVLGENTIA PLENARIA IN
FORMA IVBILAEI OCCASIONE OECVMENICI CONCILII

OMNIBVS CHRISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS INSPECTIVIS

PIVS PP. IX.

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Nemo certe ignorat, Oecumenicum Concilium a Nobis fuisse indictum in Basilica Nostra Vaticana die 8 futuri mensis Decembris Immaculatae, Sanctissimae Deiparacis Virginis Mariae Conceptioni sacro inchoandum. Itaque hoc potissimum tempore nunquam desistimus in humilitate cordis Nostri ferventissimis precibus orare et obsecrare elementissimum huiusmodi et misericordiarum Patrem, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit (1), ut mittat de caelis sedium suorum assistricem sapientiam, quae Nobiscum sit, et Nobiscum labore, et sciamus quid acceptum sit apud eum (2). Et quo fucilius Deus Nostris annuat votis, et inclinet aures suas ad preces Nostras, omnium Christifidelium religionem, ac pietatem excitare decrevimus, ut, coniunctis Nobiscum precibus, Omnipotentis dextere auxilium, et celeste lumen imploremus, quo in hoc Concilio ea omnia statuere valeamus, que ad communem totius populi christiani salutem, utilitatemque, ac maiorem catholicę Ecclesie gloriam et felicitatem, ac pacem maxime pertinent. Et quoniam compertum est, gratiores Deo esse hominum preces si mundo corde, hoc est animis ab omni seclere integris ad ipsum accendant, iecireo haec occasione cælestes Indulgenciarum thesauros dispensationi Nostræ commissos Apostolicæ liberalitate Christifidelibus reservare constituiimus, ut inde ad veram poenitentiam incensi, et per Poenitentiae Sacramentum a peccatorum maculis expiati, ad Thronum Dei fidentius accedant, eiusque misericordiam consequantur, et gratianum in auxilio opportuno.

Hoc Nos consilio Indulgientiani ad instar Iubilaci Catholicoe Orbi denunciamus. Quamobrem de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri et

(1) S. Iac. c. 1, v. 17.

(2) Sapient. cap. 9, v. 4, 10.